Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vbi est qui natus est
rex iudeorũ? Vidimus
enim stellam eius in
oriente; et uenimus cũ
muneribus adorare eum.
Audiens autem hodes
rex turbatus est: et omis
iherosolima cum illo. Et con
gregans omes principes
sacerdotũ et scribas populi:
sciscitabat ab eis ubi
xpus nasceret. Qui dixerũt
ei. In bethleem iudee. Sic
enim scriptũ est per prophe
tam. Et tu bethleem terra
iuda: nequaquam minima
es in principibus iuda. ex
te enim exiet dux qui regat
populum meum israel. Tunc hero
des clam uocatis magis:
diligenter didicit ab eis tpe
stellae quae apparuit eis.
Et mittens illos in beth
leem dixit. Ite et interrogate
diligenter de puero hoc: et
cũ inueneritis renunciate
mihi. ut et ego ueniens
adorem eum. Qui cũ audis
sent regem abierunt. Et
ecce stella quam uiderant
in oriente antecedebat eos:
usque dũ ueniens staret
supra ubi erat puer.
Videntes autem stellam:
gauisi sunt gaudio ma
gno ualde. Et intrantes
domũ: inuenerunt puerũ
cũ maria matre eius. Et
procidentes adorauerunt eum:
Et apertis thesauris suis
obtulerunt ei munera:
aurũ thus et murram.
Et responso accepto in som
nis ne redirent ad hodem:
per aliam uiam reuisi sunt
in regionem suam. offert.
Reges tharsis et insule mu
nera offerent reges arabum
et saba dona adducent et
adorabunt eum omes reges terre
omnes gentes seruient ei. secret.
Ecclesie tue qs dne
dona propicio intuere
quibus iam non aurũ thus
et murra profertur. sed
quod eisdem muneribus declara
tur immolatur et sumitur.
ihs xpus filius tuus dns nr. Qui.

com. Vidimus stellam